

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Liber 7.

Josephi historiographi viri clarissimi de
bello iudaico liber primus incipit feliciter



Um potentes
iudeorum inter
se dissiderent.
eo tempore tota
syria cum ptho-
lomeo sexto.
antiochus qui
epifanes dictus
est ambiebat.

Erat autem illis

contentio de potestate quod honoraret quisque gauderet
ferret similibus subiugari. **Q**onias quidam
de pontificibus postquam preualuit. tobie filios
expulit civitate. illi autem supplices ad antiochum
confugerunt. petentes ut semet cum duobus in
iudeam irrumperet. idque regi persuasum est. iam
pridem sic animato. Quare cum magnis militum
copiis egressus. et civitatem fortiter expugnataque
capit. et maximam horum multitudinem quibus
ptolomeus carior erat interfecit. data passum mi-
litibus praedandi licentia. Ipse et templum spoliavit.
et quotidiane religionis assiduitatem per annos
tres sexque menses inhibuit. Pontifex autem onias
effugit ad ptolomeum. acceptoque ab eo in helio-
politana regione solo. ibi oppidum condidit
hierosolymis simile. templumque edificavit. de quo
iterum oportune referemus. Verum antiocho
neque propter spem devicta civitas. neque populatio.
nec tandem cedens satisfuerunt. sed intemperia
eorumque memoria que in obsidione pertulerat
iudeos cogere cepit ut abrogato more patrio. nec
infantes suos circumciderent. porcosque super ara
immolarent. quibus omnes quidem aduersabantur
optimus autem quisque aduersabatur propterea
trucidabatur. Et bachides praefectus ab antiocho
prepositus. ad naturalem suam crudelitatem
preceptis impijs obsecundans. omnimodam
iniquitatem excessit. cum et singulatim viros
venerabiles verberaret. et communiter specie capte
vrbis exhiberet. donec eos atrocitate incommodorum
qui ea paciebantur ad videri audacia irritavit.
Denique mathathias asamonei filius. unde ex sac-
erdotibus ex vicu cui nomen est modin cum manu
domestica. Nam quingentos filios habebat. sic his ar-
mat. bachidem occidit. et statim quidem praefectorum
multitudinem veritus in montem refugit. Multis
vero ex populo sibi sociatis. recepta fiducia descendit.

commissoque prelio superatos. duces antiochi ex
iudee finibus exegit. Secundis autem rebus
potentia nactus. suisque volentibus ut ab alienis
eos liberasset imperans. moritur. relicto inde prin-
cipatu qui filiorum suorum natu maximus erat. Ille
enim nec cessaturum existimabat antiochum. et
indigenarum conflagrat exercitum. et cum romanis
primus amicitiam pepigit. antiochum epifanen-
iterum fines suos ingredientem vehementissima
percussam plaga repressit. Adhuc autem feruente
victoria. in praesidium civitatis impetum fecit. Nec
dum enim cessauerat. habitoque conflictu. milites
de superiore civitate. quod pars sacra dicitur. ad inferiorem
compellit. sano autem potitus et locum purgavit
omnem muroque circumdedit. et vasa nova divinis rebus
curandis fabricata in templum intulit. veluti
ponibus prophanatis. aramque aliam edificavit.
et religionibus dedit initium. Sacro autem ritu vix
civitati reddito. moritur quidem antiochus. regni
autem eius in iudeos filius odij antiochus heres
exiit. Quare congregatis pedum milibus quinquaginta.
equitum autem prope ad quingenta milia
octoginta vero elephantum. montanas per iudeam
pres aggreditur. et bethsuram quidem municipium
capit. In loco vero cui bergacharie nomen est
quod transitus erat angustior. iudas cum suis copiis
occurrit. et priusquam aggrederentur agmina eleazar
frater eius prospecto praeter alios excelso elephanto
currique maxima. et munimentis aureis ornato
illic antiochum esse ratus a suis procul excurrit.
ruptaque hostili acie ad elephantum usque pervenit.
sed illum quidem quem regem oppinabatur attingere
quod multum emineret minime potuit. beluam autem
in alio percussam super se deposuit. et obrutus
interijt. nulla alia re gesta nisi quod magnam opem
aggredi conatus post vitam gloriam habuit.
Qui tamen regebat elephantum prius erat. et
si casu fuisset antiochus. nichil plus eleazaro pos-
sisset audacia. quam ut sola spe preclari facinoris
mortem videretur optasse. Hoc autem fratri eius
etiam totius praesagium fuit. Nam fortis
quidem iudei diuque decertarunt. sed argis secunda
fortuna visis. numeroque prestantibus superati
sunt. multisque interfectis iudas cum ceteris in
gofniticam toparchiam refugit. Antiochus autem
ad hierosolimam profectus. ibique dies paucos
comoratus uteretur penuria inde digreditur
relicto quidem ibi praesidio quod satis esse arbi-
traretur. cetera vero multitudine hyemandum
deducta in syriam.

Capitulum 7.

Judas.

Judas amicitiam
cum Romanis.

Eleazar frater eius moritur.